



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1782**

**VD18 13322648**

§. 22. Quatuor Præsules a Clemente XI. Papa Cardinalium Collegio  
adscripti.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

Sæc. XVIII. & senio confectus, ex iterato apopl  
 A. C. 1715. xiæ tactu prima Julii annos natus si  
 xaginta novem Purpuram cum vi  
 exuit, sepultus in Ecclesia S. Pauli Ba  
 nedictinorum extra muros.

### §. XXII.

#### *Quatuor Præfules a Clemente X Papa Cardinalium Collegio adscripti.*

Cimarol.  
 Memor.  
 pag. 763.  
 Orat. Con-  
 fisi. Clem. XI.  
 pag. 123.

Horum jacturam summus Pontifex  
 nova Cardinalium inauguration  
 die vigesima nona Maij compensabat  
 Hos inter primus erat Damianus Hugo  
 S. R. J. Comes de Schönböck Cardina  
 lis Diaconus. II. Henricus Thiard d'  
 Bissy Meldensis Episcopus, acerrimus  
 Quesnellistarum hostis, quem summo  
 Pontifex in pleno Purpuratorum Se  
 natu his verbis commendabat: *Eius  
 eximia in Nos, in Ecclesiam universam  
 imo & ipsam religionem Catholicam merita  
 five pro Ecclesiastica libertate tuenda, con  
 Ecclesiæ Tullensi præferset, five pro Ortho  
 doxæ doctrinæ veritate propugnanda, po  
 quam ad Meldensem translatus fuit, vobis  
 satis comperta sunt, & nota. III. Fa  
 bius Olivieri literarum Apostolicarum  
 Secretarius, Cardinalis Diaconus tit  
 SS. Viti & Modesti, de hoc Viro Pon  
 tifex sequens protulit elogium: *eius ho  
 nefta**

nestos mores, sedulitatem, patientiam, ac Sæc. XVIII.  
in primis illibatam fidem longo triginta sex A.C. 1715.  
annorum contubernio probavimus. Hic  
solus die sexta Maij Cardinalium nu-  
mero accensebatur. IV. Innicus Car-  
racciolus Lucernensis Nuntius Presby-  
ter Cardinalis tit. S.Thomæ in Parione.

### §. XXIII.

#### *Successus Pontificii mandati contra Sinenses Ritus.*

Postquam fama de Pontificis Consti- *Deeinem hifl.*  
tutione contra Sinenses Ritus anno *Eccl. sett. I.*  
hujus saeculi decimo edita in Sinarum *§. 7.*  
Imperium peryolaverat, ex præcipuis *Hifl. Cont.*  
horum Rituum defensoribus, quorum *Chron. p. 44.*  
auctoritas apud Sinarum Imperatorem *Abregé*  
erat summa, eundem supplices adiere, *Chronol.*  
ut Pontificis literas, utpote totius Na-*pag. 522.*  
tionis legibus & consuetudinibus con-*Relat. Ab-*  
trarias recipi, Regio edicto prohibere  
vellet: nec his contenti, insuper Ro-  
mam ad ipsum Pontificem perscripsere,  
quod ipsi Pontificia decreta contra hosce  
ritus executioni dare præpedirentur,  
repugnante ipso Imperatore, atque ex  
literatorum secta præcipuis juxta ac  
potentissimis, proin nil consultius fo-  
ret, quam totius rei controversiam  
Consilio & Orientalium Episcoporum,  
utpote de caussæ meritis probe instru-  
ctorum